



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 4. Ecclesia Anglica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV. Leomaniaæ Pro- Comiti. Nivernis 26  
A. C. 1306. ejusdem mensis scriptit Antonio Beo

*Rayn. n. 9.* Dunelacensi Angliae Episcopo, cui an-

*Bal. p. 616.* no priore Patriarchæ Hierosolymitanæ

*Rayn. n. 14.* titulum dederat utpote diviti & libera-

*M. Westmon. li.* Antonius enim Lugdunum, ut ibi

*p. 452.* Papam coronari videret, venerat cum

multis aliis Angliae Præfulibus; quo-

rum in numero erant Guijelmus Grend-

*Goduin. p.* feldius electus Archiepiscopus Ebora-

*52. 122. 242.* censis, & Radulfus Baldocus electus

Episcopus Londinensis; qui ambo Lug-

duni consecrabantur; & hic quidem

per Cardinalem, ille a Papa. Anto-

nius terram sacram petiturus crucem

induerat: unde Clemens sumpsit occa-

sionem dandi ad eum litteras; & hoc

religionis studium in eo dilaudavit.

#### §. IV.

#### Ecclesia Anglica.

**S**ub idem tempus Rex Eduardus apud  
Papam accusavit Archiepiscopum Can-  
tuariensem Robertum Winchelseanum,  
quasi turbasset pacem regni, ac rebel-  
libus favisset ipso in Flandria versante an-

*M. Westmon. no 1297.* Quapropter Præful a Papa  
*p. 454.* citatus, a Rege accepit copiam se illi-  
sistendi; & transmisso mari Burdig-  
lam venit: ubi a Clemente jussus et

*N. Trivet.* abstinere munere, donec se rite purgas-  
*to. 8. Spicil.* set

*p. 724.*

set de criminibus in se conjectis. Intra Sæcul. XIV.  
hebdomadem Paschatis, quod hoc anno A.C. 1306.  
in tertiam Aprilis incidit, Rex Eduardus <sup>Sup. Lib. 89.</sup>  
promulgandas curavit Papæ litteras, per <sup>§. 45.</sup>  
quas religione jurandi, quod subditis <sup>Angl. Sac.</sup>  
de confirmandis eorum immunitatibus, <sup>to 1. p. 16.</sup>  
ac de sylvestribus terris extricandis de- <sup>Westm.</sup>  
derat, solvebatur, & anathemate devin-  
ciebantur ii, qui hoc juramentum obser-  
vari vellent. Papa Regi Angliæ pro au-  
xilio Palæstinæ ferendo ad biennium  
concessit etiam decimas, quæ tamen a-  
lios in usus conversæ sunt. At cum in-  
super quidam Episcopi Angliæ fructus  
Ecclesiarum, quæ suis in diœcesibus pri-  
mæ vacarent, per unum annum percipi-  
pere cuperent, Papa, quod peterent in-  
feriores, id se sibi ipsi tribuere posse ra-  
tus, anno primo proventuros redditus o- <sup>Thomaff.</sup>  
mnes omnium episcopatuuma, abbatia- <sup>discipl. to. 3.</sup>  
rum, prioratum, canonicatum, parœ- <sup>p. 739.</sup>  
ciarum, beneficiorumque vel minimorum,  
quæ in Anglia ab eo tempore per  
biennium vacarent, sibi addixit. En ini-  
tium Annatarum, ut vocant.

## §. V.

## Querelœ de Papa.

Clemens V Lugduno Burdigalam suum <sup>Cont. Nang.</sup>  
persequens iter ab Ecclesiis secula- <sup>p. 620.</sup>  
ribus & monasteriis magnas pecuniæ sum-  
mas